

tinopolitanum episcopum⁷⁶⁾; opuscula atque tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo a sancte Romane Ecclesie consortio deviarunt, nec ab eius fide vel predicatione seiuncti sunt, legenda decrevimus. Decretales quoque epistolas Romanorum pontificum⁷⁷⁾, Actus beati Silvestri pape, vitas patrum Pauli, Antonii, Hilarionis et omnium heremitarum, quas tamen beatissimusⁿ⁾ Ieronimus descripsit⁷⁸⁾, gesta quoque sanctorum martyrum, que tamen secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in Romana Ecclesia non leguntur, ne vel levis subsannandi occasio in ea oriretur^{o)}, quia et eorum nomina, qui scripsere, penitus ignorantur, et in^{p)} fidelibus^{p)} aut dictis superflua aut minus apta, quam ordo rei fuerit, esse putantur, sicut cuiusdam Cyrici et Iulite et Georgii aliorumque huiusmodi passionibus, que ab hereticis^{q)} perhibentur⁷⁹⁾. Nos autem omnes martyres et eorum gloriosos agones omni devotione veneramur; scriptura de inventione Sancte Crucis et alia de inventione capitis Iohannis Baptiste novelle quidem relationis sunt, et novell^{r)} eas catholoci legunt⁸⁰⁾. Sed cum hec ad^{s)} catholicorum manus advenerint, Pauli Apostoli sententia precedat: Omnia probate, et^{v)} quod bonum est, tenete⁸¹⁾. Item Rufinus⁸²⁾ vir religiosus plurimos operis ecclesiastici libros edidit et nonnullas scripturas interpretatus est; sed quoniam beatus eum Ieronimus in aliquibus de arbitrii libertate notavit, illa sentimus, que eundem Ieronimum sentire cognoscimus. Non autem hoc^{u)} solum^{u)} dico de Rufino, sed etiam de universis, quos idem vir sanctus zelo Dei et fidei^{v)} reprehendit; Origenis opuscula quoque nonnulla, que idem Ieronimus non repudiat, legenda suscepimus, reliqua omnia cum actore suo dicimus esse renuenda^{w)}; Eusebii cronica et eiusdem

n) beatus H_2 o) folgt et D_1 p-p) ab infidelibus D q) folgt
 scripte $H_3 H_4 H_5 N_3$; folgt conscripte D r) nonnulli D_3 s) fehlt D_1
 t) fehlt H_2 u-u) solum hoc D v) folgt religione D w) renu-
 endi N_1

⁷⁶⁾ Der Tomus Leonis ist hier als den ältesten Kirchenvätern entsprechend angefügt.

⁷⁷⁾ Zu den Dekretalen neben den Canones hatte Vincenz c. 12 Stellung genommen.

⁷⁸⁾ Erst durch das Decretum Gelasianum wurde Hieronymus zum Autor der frühesten Mönchsviten gemacht.

⁷⁹⁾ Diese Akten waren nicht häretisch, stießen aber wegen ihres Wunderglaubens im Abendland auf Kritik, vgl. Dobschütz S. 274. Vielleicht äußert sich hier eine antiorientalische Einstellung.

⁸⁰⁾ Die griechische Kirche kennt drei Auffindungen des Hauptes Johannes' des Täufers, zu Jerusalem, Emesa und Comana; die römische Kirche erkennt nur die beiden ersten an, vgl. Dobschütz S. 278.

⁸¹⁾ 1. Thess. 5, 21.

⁸²⁾ Es liegt ein Mißverständnis des Decretum Gelasianum vor, das sich strikt an Äußerungen des Hieronymus hält: Hieronymus und Rufin waren verfeindet.